

adire non audebant nec leones, nec lupi; sed cum conficerentur, subsistebant. Quisnam demonum ita animum foveret audentem, ut sequeretur confugientem ad Virginem? Explicat Ioann. Geometr. in Hymnis, dum Virgo plauditur: Lux hominum, genio vis ignea pravo, igni ignis, languores solvens, fraudesque tyranni. Gaudij apex, metaque dedecoris, hominum generisque levamen: Hymnoque 4. à v. 17. succinit:

Gaude, quæ iustâ mortales eruis irâ,
Qua nos plectere vult Conditor Omnipotens.

Gaude, quæ afflictos servorum & more ruentes,
In terris homines erigis auxilio.

15 Perpende modum, quo compefcit ingenium Virginis dæmonis mille nocendi artes. Peccatores, quum criminibus, hostibusque in penas exactoribus, vexantur; ad illam utpote Matrem, ut liberentur, confugiunt. Tuti uti in atylo sunt ibi: inde hostes expectant egredi; ut extra lucum luant acerbitatem penarum: iuxta pondera criminum. Virgo satagit, ut liberet, liberatque si flagitiorum pœnitet, ut redeant in gratiæ felicitatem per cordium compendiorum conversionem; qua egredi possant impunes; vel inter hostes.

Hi in prædam egredientes explorant: illi que ab ara exeunt bus dæmones ciulant; quippe Virgo haud indulget ut exeant, donec pœniteant. Hostes illos in cruciamen persequuntur, quia illorum cor pravam est; sed amor Virginis facit, quod convertantur ad cor, ac per susceptam voluptatum pœnitentiam, faultè protecti restituantur ad gratiam. Genus humanum (quod hereditas Domini) fuit semen electum, ut gratum superno agricole redderet fructum. Venit inimicus, & super agrum opimum seminavit zizania. Servi Zelote illa voluerunt eradicare, sed sunt inhibiti: Ne forte (ait) colligentes zizania, eradicetis simul cum eis & triticum. Triticam? Hoc à zizanijs diversas habet radices. Unde ergo simul eradicandum triticum? Quia dolo diaboli triticum in zizania fuit conversum; laboreque restituetur in conditionem tritici; remotâ zizaniorum vitiorum perverfa malignitate. Si incautè eradicaretur, spes conversionis proculdubio amitteretur. Peribat. Non intenditur pœditio, sed pravitas conversio: etenim felicem erit in mensum, modo vitiorum obtinuerit conversionem. Zizaniorum pravitas, vitiorum iniquitas convertibilis

Modus iniqui protectio nis.

Matth. 13. 29.

Usquequaque accidit protectione Virginis-Matris. Fit conversio, sub Virginis ducatu: subdit Novarin. d. Excurs. 14. num. 188. nec quamvis zizania, permittit eradicari, consulens morum, seu iniquitatis conversioni; ut conlet dæmonum in homines furor, & in peccatores, ut pœniteant Virginis amor: equidem illa favente ex zizanijs opima melsis triticea; quam diabolus fraude iniqua converterat in zizania. Quod hodie erat zizania, eras triticum veriebat. Quid ad presens peccator cernitur (inquit Chrysologus, serm. 97.) ad futurum iustus assisit. Nostra pœnitentia tempus, ut qui se de malo commutavit ad bonum, Dominicum deputetur in triticum. Patrocinium Virginis incumbit, ne peccatores, ut pereant, eradicentur; sed ut in fructum pœnitentia, moribus immunitatis, convertantur: eludens protectione totius inferni conamen, qui dolis subdole depravaverat semen. Alio clamabat Ethnicus.

Heu, heu! nulla me te tangit cura salutis?
O Virgo miserere mei, miserere meorum.

Effice me meritis tempus in omne tuum.

Hæc vox afflicti atque servi humani generis; sed exitus in id dicit charitatem Virginis. Unde Geometra, Hymn. 1. v. 3; succinit:

Virgo salutaris à gavisâ salute.
Salutaris salute? Meditantes est usus artificij Tautologia. Salus est, ubi à languore eripitur cor. Salus salutaris, ubi non solum amor liberat, sed libertatem conservat, nec secus Virgo plauditur; quia gaudium plenum plene per illam conceditur.

16 Petrus ut alibi dixi, dormiens & vincens catenis, typus fuit obeccati, peccatoris. Exivit liber favente Deo, ac in libertatem Angelo de caelis missio. Cognovit verum quod cogitaverat somnium; Consideransque, venit ad domum Mariæ, matris Ioannis. Quid à sospite Petro illorum consideratur? Ne liber iam, de nudo comprehenderetur. Considerant periculum, gressus direxit; ut caveret, ne rursus in Herodianorum manus incidere (inquit Alapid.) idèdque recia iit ad domum Mariæ, ut inter suos tutus esset. In domo Mariæ iam tutus, qui à vinculis liberatus, qui à morte miraculo exemptus; ut cluceat protectio Virginis erga catenatos miserimè peccatores, quos non solum ab æterna morte liberat; sed etiam protegit; ne illorum anima in manus dæmonum iterum cadat. Hic post nactam liber-

Novar.

Illius ra trovato peccatorum fit conversio

Chrysolog.

Calurn Ecog 2. Ovid. Epil. 11 à v. 11.

Ioann. Geom.

Act. 12. 12.

Alapid.

Non solum animam à crimine liberat, sed fovet ad deum cadat.

Fel nemensuf fiet in buluimo di tuamen.

bertatem tuta est. Verum illa Maria, Virgo Deipara non fuit: illucque redâ Petrus perrexit, & post exitum è carcere præsidium consideravit; quoniam ad optatam amabilem sospitatem, sufficit Virginis nomen. Post filij, muadi Salvatoris nomen, non enim aliud sub caelo datum hominibus, in quo oporteat nos salvos fieri: igitur ita homini salutem optat, incolumitatem sollicitat, ut non solum pericula removeat, lapsum infeliciter, misericors eruat; sed & confugientem nonnumquam protegat, ne denudò in crimen & manus dæmonis cadat. Haud fatiscit in gratia. Maria semper est Maria. Anamus

nostra beneficia geminare: nec semel præstas largitas collata fastidium: magisque nos provocant adsequens præmiu, qui initia nostra gratia suscipere meruerant. Ut anteriora merito contulisse videamur, & in sequentibus constantiam tenere benignitas æstimetur. Missa quæcumque in mundo gratiosa fiant erga miseros homines, respectu gratiarum Virginis-Matris.

Nunc quoque nostras respice terras:
Et si qua novo bellua vultu
Quatiet populos terrore gravis
Tu fulminibus frange trifurcis.

Cassia. Var. Ep. 2.

Sen. in Herculi. Octav. à v. 1987.

TAUTOLOGIA UNDECIMA.

QUI HABET SPONSAM, SPONSUS EST.

Ioann. 3. v. 29.

EXPOSITIO LITTERÆ.

Comprehendit periodus summum matrimonij momentum, obijciens ad iultas nuptias legitimatum personarum consortium; quod turpe, si non legitimum. Iustum igitur & æquum ratione, lege, more, institutione & ab initio; viri & femine coniugium sine divortio: siquidem in illo & per illum numerum fecant, ut unum ex duobus fiant

Ordine cuncta suo, manet irrevocabile munus.
Formatur viriutè Dei mas unus & una.
Dracontius de Oper. sex dier. à v. 337. Masculum & feminam creavit eos, & vocavit nomen eorum Adam.

Spiritus unus, amorque animis concordibus unus,
Una anima est: animos quis putet esse duos?
Felicis, quibus una dedit concordia vitam.

Canit Guilielm. Hælius de Charit. Emblem. 33. Hoc enim inuitu apud Horum Apollin. lib. 2. de Sacris Egyptior. litter. Hierogl. 13. Sponsa pacta signabatur in circulo Solis bipartito, ac in medio stella (amotis nota) portiones iungens in unum. Vira & axori (ait Aristotel. 8. Ethicor. ex quo Cæsar. Rhodigin. 28. Lect. antiquar. cap. 13.) secundum naturam inest amicitia: siquidem homo natura coniugale amplius est, quam civile. In amicitia enim invenitur societas, in societate utilitas, in utilitate voluptas. Par animis forma: ait Ovid. 6. Pastor. v. 787. Ita felix, aliter, catenati labores. Unde Euripides in Orest. à v. 602:

Coniugia, quibus mortalium sunt felicitas
Illi est beatæ vitæ: quibus autem non rectè cadunt;
Sunt miserimè inter & foris.

2 Inter sponsam & sponsum sanè coniugium. Sacramentum (Græc. Mysterium) hoc magnum est. Ego autem dico (subdit Paulus) in Christo & Ecclesia. Tò In pro Inter. Ita enim Ecclesia collatis pro dote dotibus, sicut sponsa ornata monilibus suis; ut exhiberet ipse sibi gloriosam Ecclesiam, non habentem maculam, aut rugam, aut aliquid huiusmodi;

Coniugium ex viro & femina.

Dracont.

Gen. 1. 2.

Hælius.

Emblem. ma des. postata.

Aristot.

Euripid

Eph. 5. 12. In pro Inter.

dit; sed ut sit sancta & immaculata: v. 27. O mira Sponsi dignatio! O summi summa dilectio! Multum enim hac sponsa Sponso suo inferior genere, inferior specie, inferior dignitate; attamen propter Athiopissam istam de longinquo Filius aeterni Regis advenit, & ut sibi desponsaret illam, etiam mori pro ea non timuit. Moyses quidem Athiopissam duxit uxorem; sed non potuit Athiopissa mutare colorem. Christus non vult quem adamavit ignobilem adhibere & feceram; gloriosam sibi exhibuit Ecclesiam non habentem maculam neque rugam. Ita Bernard. ferm. 2. in Dominic. 1. post Epiphani. n. 2. In Virginis utero, quasi in thalamo, Verbum Dei, Filius Patris, despondit sibi naturam humanam, cui additus tamquam Sponsus Sponsa. Tunc in Sole, splendore puritatis Matris virginis, collocato tabernaculo; ipse tamquam sponsus processit de thalamo suo: igitur apparuit Dens-homo, Theandros; Deus, ex substantia Patris ante secula genitus: homo ex substantia matris, in eius utero natus; subsistens in persona Filij Dei cum rationalis forma & simul humana carne, ut ad coniugium speciem sequeretur Sponsus: videreturque unione illa, in matrimonium à Patre Sponsi de caelo decreta, simul unus & una. Unus cum duabus naturis, quod singulare portentum, à saeculo non auditum. Una pariter & sola, cum qua contraxerat matrimonium. Vid. Gregor. Magn. Homil. 38. in Evangel. Sic novus Adam cum Eva natura, in terra caelestis mirificè gratiâ. Prudentius in Cathemerin. Hymn. 8. à v. 17.

E sinu patris pectore,
Mortale corpus induit.
O quanta rerum gaudia
Alvus pudica continet!

Prudent.

3 Ex hac unione propria ac reali cum humana natura, quæ origo ceterarum (igitur ex hoc mysterio torum in Ecclesia mysterium) oritur mystica unio, sive spirituale matrimonium inter Ecclesiam & Christum. Omnes sponsa sumus. Despondi enim vos uni virgini, virginem castam exhibere Christo. Sibi Sponsus Ecclesiam copulavit fide, gratiâ & gloria. Ita promiserat. Sponsabo te mihi in sempiternum: & sponsabo te mihi in iustitia & iudicio, & in misericordiâ & in senerationibus: & sponsabo te mihi in fide. Fides patet. Gratiâ, Sponsabo te mihi in iustitia. Gloria. Sponsabo te mihi in sempiternum. Ita enim videtur caelestis Ierusalem à Deo parata, sicut sponsa ornata viro suo. Apocal. 21. 2. Bernardus in Sentent. ita de cunctis loquitur: Tres sunt species nuptiarum. Prima reconciliationis per fidem; in qua sunt tria ferecula, peccatorum ablutio, gratia consecutio, naturalis reformatio. Secunda adoptionis per spem, in qua etiam sunt eloquij divini consolatio, alimonia caelestis communio, & dulcedinis prelibatio. Tertia est glorificationis perfectæ per charitatem: cuius ferecula sunt interna incorruptio, vera glorificatio & perennis Dei visio. Elucent momenta pretiosa tanti, coniugijque talis. Verba consolationis sunt (inquit) ablutio culpe, restitutio gratiæ, evasio exilij, consecutio regni, consortium divinitatis & adeptio aternitatis. Quapropter cum in nuptiarum functione, munus sit paranympii, ex amicitia, lege, Sponsum & Sponsam ignorantibus signare; pronubus Ioannes huius caelestis coniugij, Salvatoris & Ecclesiæ, dicit ad nuptias venientibus, ut Sponsus notus sit: Qui habet Sponsam, sponsus est.

4 Hic modus loquendi Hebraïcus est; vel præter universitatem signat, vel præter terminum relationis connotat. Vox sponsi, & vox sponsa. Ierem. 16. 9. Idem, universum gaudium; uti diximus in Prolog. Galeat. §. 4. n. 8. Horat. 1. Satyr. 1. v. 34. Omnes pueri, atque puellæ. Virgil. 2. Aneid. v. 238. Pueri, inuptaque puella sacra canant. Ovid. 2. Passor. v. 437. & in Ibiem, v. 118.

Huc ubi venerunt pariter nuptaque virique:
Gaudet adversis femina virque tuis.

Hoc est, Omnes; uti cum Psalm. 48. 3. dicitur: Simul in unum dives & pauper. Saepè pro terminis relationis mutæ & non mutæ usurpatur; uti Matth. 25. 1. Exierunt obviam sponso & sponse. Idem Isai. 61. 10. 62. 5. Ierem. 33. 11. Baruch. 2. 23. & Apocal. 18. 23. Plutarch. Graec. 99. 58. Sponsa & sponsi. Apollon. Rhod. 1. Argonaut. v. 777. Gaudet sponsam sponsa desiderans: lib. 3. v. 656. Sponsa sponsum in thalamis lamentatur. Paul. Maccius, Emblem. 29. Nupta viro, nupta vir. La-Zerd. in Virgil. Eclog. 2. v. 50. n. 13. Luteus color nobis nuptis, atque sponsis olim in usu. Origin. Prolog. in Cantic. inquit: Cum sponso & cum sponsa. 1. Machab. 10. 54. Da mihi siliam tuam uxorem, & ero gener tuus. Catull. Carmin. 46. v. 20. Mutuis animis amant, amantur. Plaut. Menæch. Act. 5. scen. 5. v. 6. Illas esse dico, quæ mea sit. In Curcul. 1. 3. v. 22. Habent Reges regna, divitias divites. In Persa, 5. 1. v. 18. Do hanc tibi florentem florenti: idem, sponsam sponso, quip pe

Reciproca relatio inter dnm exprimitur.

in nuptis floribus uterque coronabatur. In Stich. 1. 2. v. 76. Rex Regine placet. Hemejar. Tabul. 9. Numim. Augustus, Augusta. Sueton. in Domitian. cap. 13. Dominus & Domina feliciter. Eodem stylo præter uterque sexus notatur (quod quidem necessarium in matrimonio) Masculum & feminam. Genes. 5. 2. Vir & mulier. 1. Cor. 7. à 2. Euripid. in Electr. v. 24. Sponso respondebat. in Hecub. v. 324. Sponsa ornata sponso. Stat. 3. Thebaid. v. 700. Nupsisse marito. Ita ergo frequenter in hoc articulo dicitur. Vir & femina, Maritus & uxor, sponso & sponsa, & uterque Coniux; quamvis frequentius applicetur femina.

5 Huiusmodi collisio, aut collusio geminatione vocum, saepe emphaticè fit, de quo egimus in Prolog. loc. cit. Pontan. in Ovid. 3. Trist. 10. v. 73. Venturam comitem, sponsamque futuram. Claudian. in Nuptijs Honor. & Mariae, v. 174. Munera nostra Regina Regina ferat. in Scriptura, uti Rex Regum & Dominus dominantium. Apocal. 19. 6. Dominatorem & dominum. Iudæ. v. 4. Deus Deorum. Psalm. 83. 8. Dixit Dominus Domino meo. 109. 1. Sic alia, quibus plus significatur quàm dicitur. Amplius emphaticè arcanum insinuat, dum clausula in contrarium exponitur: ut illud Euripid. in Hecub. v. 612. Sponsam sine sponso, virginemque non virginem. Delr. Tom. 2. Adagior. 473. Tales locutiones (inquit) ut adagia notant alij, in quibus decora: Virgo non virgo, Non sponsa sponsa, Innupte nupte, Felicitas infelix, Dona non dona, Bellum non bellum, Ornatus inornatus, Ingrata gratia, Opes inopes. Uxorem non uxorem, Proles non proles. Non per contraria, sed affirmatione utriusque termini, constituitur nostræ articulus Tautologiæ, & cum emphasi, dum dicitur: Qui habet sponsam sponso est: quidem summus amor signatur, dum nomen amoris tantum in amantibus obijciatur. Nec sunt inventa aequè dulcia nomina, quibus Verbi animaque dulces adinvenimur exprimerentur affectus (ait Bernard. ferm. 7. in Cantic. n. 2.) quemadmodum Sponso & sponsa. Hinc olim in nuptijs, propriis non nominabantur nominibus. Rosin. de Antiq. Rom. lib. 5. cap. 37. Dempster. hic. Tiraquell. legib. Connub. Gloss. 1. p. 10. Plutarch. Problem. 29. Rom. Fest. Pomp. lib. 7. & Alex. Neapolit. lib. 2. cap. 5. qui, quod AA. præfati astruunt in ingressu Sponsa in sponsi domum (de quo num. 72.) ille etiam in desponsatione deseribit, imò in sponsalibus de futuro: In qua sponsione (ait) nec propria nomina Sponso sponso exprimerentur. Plaut. in Persa, Act. 5. scen. 1. v. 12. Accede mea ad me. v. 23. Ut amantem amanti decet. In factis, Cantic. 4. 9. & 5. 1. Soror mea sponsa, sine nomine, Illa, cap. 6. 2. Ego dilectio meo, & dilectio meus mihi. Antistrophes usus frequens in expositione mutæ relationis, & inter extrema equalitatis, ex amulsim respondens. Tropus nonnumquam elegans; quò dumtaxat iuxta argumenti varietatem, fit alteræ collationis discrimen. Cicero Orat. in Salustium, inquit: Quorum sive tu similis sis, sive illi tui. Ovid. 1. Metam. fab. 7. Cælo terras ostendit, & æthera terris, Martial. lib. 8. Epigram. 11. Populi voces audit, & ille tui. Virgil. 9. Aneid. v. 774. Amicum Cretea Musi, Cretea Musarum comitem. La-Zerd. hic explicat: Creteus, cui Musæ chara, & ipse Musi charus. Alijs parco, quippe videri possunt, Tom. 2. T. 5. n. 22. & Tom. 3. T. 13. à n. 32. Saepè schema offendimus in sacra pagina: Cognosceat Dominus ab Aegypto, & cognoscent Aegyptij Dominum. Isai. 19. 21. In me manet & ego in eo. Ioan. 6. 56. & 1. Epist. 4. 16. Cænanabo cum illo, & ipse mesum. Apocal. 3. 20. Ipsi populus eius erunt, & ipse Deus cum eis erit eorum Deus. Ibid. 21. 3. Siccine patent officia reciproca; qua de causa simul enunciantur Sponso & sponsa. Qui habet Sponsam, Sponso est. In Sponso amor ostenditur, sed in geminatione, continuatio amoris, & fidei respondens ex imo pectore fides. Unde ut etiam post longum tempus in matrimonio, immutabilis constet coniugium dilectio; mutuo vocantur Sponso; qua quidem voce nihil suavis: quippe cum Sponso amor vehementior, demonstratio perspicuior, una voluntas, unum cor, unum velle, & unum nolle; vir & uxor, ut concordia notetur animorum, coniugij gaudium, Sponso mulcentur nomine etiam post matrimonium. Isai. 62. 5. Gaudet sponso super (pro Iuxta) sponso. Martial. 6. Epigram. 64. Sponso posit te sponsa vocare.

6 Iteratur ergo vox in nostro textu; quoniam matrimonium est coniunctio viri & feminae. Propter eam sensus auctoritatis est: Qui coniugem feminam in nuptijs habet, sponso est. Hoc enim contra gentium abominabilem usum, quarum, non solum intra privatos parietes, sed publicis coram Sole, amisso pudore, flagitia, turpe est & dicere. Apud Gallos lex prisca constituit nuptum dari pueros; nec opprobrium ex hoc aliquid duci: ait Clemens Pap. Recognit. lib. 9. & Gyrard. de Poet. Dialog. 2. Aliter vel Propertius taxat: ait enim lib. 2. Eleg. 5. v. 228.

Et cum emphasi.

Deir. Maximè in contrarietate.

Expositio à Bernard.

Sponsi in nuptijs, proprijs band signabantur nominibus. Alex. Neap.

Antistrophe Cicero.

Zerd.

Expositio 3:

Vox Sponso vox amoris.

Super pro luxia.

Expositio 4:

Clem. Pap. Pueri viris nubunt. Et.

Propert.

Errat, qui sinem vesani querit amoris: Masculus, & tatum femina coniugium:

Nubere enim proprium feminarum. Hinc Paulus optat velamen sive ricam optat super capita illarum. Debet mulier potestatem habere super caput. 1. Cor. 11. 10. & Paul. Zacharias, Tom. 1. Medicoleg. 99. lib. 1. tit. 1. q. 6. n. 21. Infit: Dicitur virgo seu femina nubilis, non verò puer nubilis, nisi improprie; quia proprie femina nubet. Plaut. in Cistell. Act. 1. scen. 1. à v. 45. & Tiraquell. d. p. 5. a n. 4. Ovid. 9. Metamorph. fab. ult. de Ianche femina, & Iphide quoque, sed ælimatà viro, succinit: Ardet in virgine virgo. Qui ducat, abest, ubi nubinus amba. At etiam proprie de viris dicitur, ut fuscè testimonijs astruxi, Tom. 2. T. 6. n. 20. Baldus affirmat in leg. Cum testator. C. de Testam. manum. Tertullian. Ad uxor. cap. 2. Sane (profert) apud veteres nostros, ipsosque Patriarchas, non modo nubere; sed etiam plurifariam matrimonijs uti, fas fuit: cap. 7. subdit: Apud nationes, Regem sæculi, Pontificem Maximum rursus nubere, nefas est. Expositionem exhibui ex D. Thom. loc. cit. Capita nubentium olim velabant. Modò etiam fit, velumque vocatur iugum, quo illi coniuges.

Zachari. Nubere proprium femini parum.

Tertull. Cur etiam virorum?

Viri viri dicitur nupti.

7 Aliter enim luxuria procaci ac sine fronte viri nubebant & ducebantur à viris; uti à Iuvenale refertur; quod crimen pertæsus vel Ethnicus, vel civis abominatur. Ita Sæ. Tyr. 2. à v. 117.

Quadragesima dedit Gracchus sesteritia, dotem Cornicini: sive hic recto cantaverit ære. Signata tabula: dictum feliciter: ingens Cæna sedet; gremio iacuit nova nupta mariti. O proceres! Censore opus est, an aruspice nobis? Scilicet horreves, maioraque monstra putares? Segmenta & longos habitus & flammæ fumit, Arcano qui sacra sumit nutant: a loro Sudaovit clypeis Ancilibus. O pater urbis! Unde nefas tantum Latij pastoribus? Unde Hac tetigit, Gradive, tuos urtica nepotes? Traditur ecce viro clarus genere, atque opibus viræ. Nec galeam quassas, nec terram cuspide pulsas. Nec quereris patri? Vade ergo cedere campo. Primo Sole mihi peragendum in valle Quirini. Quæ causa officij? Quid queris? Nubit amicis; Nec multos adhibet. Licet modò vivere: sient, Fient ista palam: cupient & in acta referri. Interea tormentum ingens nubentibus hæret; Quod nequeunt parere, & partu retinere maritos.

Iuvenali.

Profecò fronti nulla fides: nullis verbis pudor. Quo Orsines Satrapa exprobravit Alex. Magni pathico, quem despexit, dicens: Non Scorta se colere; nec moris esse Persis; mare ducere, qui stupro effaminarentur. Q. Curt. 10. cap. 1. Indigne pathicorum nuptiæ; quæ quidem ut inter virum & feminam colebrabantur, per apices servato ritu.

Curt.

8 De Nerone refert Sueton. in eo, cap. 28. & 29. Puerum Eporum etiam in muliebrem naturam transfigurare conatus est: cum dote & flammæ per solemne nuptiarum celebrissimo officio deducit ad se pro uxore habuit. Existat cuiusdam non inscitus iactus: Bene agi potuisse cum rebus humanis, si Domitius, pater eius, talem habuisset uxorem.

Nero.

Sueton.

Hunc Eporum Augustarum ornamentis excultum, lecticaque vestum, & circa conventus mercatusque Græcia, ac mox Romæ circa Sigillaria (nomen vici) comitatus est, identidem exosculans: Cum consecratur à Doryphoro, cui etiam sicut ipsi Sporus, ita ipse denupsit: voces quoque & etalatus vim patientium virginum imitatus. Subscribit Tacitus, 15. Annal. cap. 37. Ipse (ait) per licita atque illicita fodatus, nihil flagitij reliquerat, quo corruptior ageret, nisi paucos post dies uni ex illis contaminatorum grege, cui nomen Pythagora fuit, in morem solemnium coniugiorum, denupsisset. Inditum Imperatori flammæ, visi duspices, dos & genialis thorus, & faces nuptiales: cuncta denique spectata, quæ etiam in femina nox operis. Martial. 12. Epigram. 42. detestatur flagitium, & urbem provocat in flagellum.

Tacit.

Callistratu.

Martial.

Barbatus rigido nupsit Callistratus Afro; Hac qua lege viro nubere virgo solet.

Præ.

Praluxere facer, velarunt flammæ cultus: Nec tua defuerunt verba Thalasse tibi. Dos etiam dicta est. Nondum tibi Roma videtur. Hoc satis? Expectas numquid & ut pariat?

9 Corruptissimis illis temporibus cum potestate Imperatorum in quaslibet spurcicias tradebatur licentia. De Hellogabalo ait Æl. Lamprid. in eo, Nupsit & coit, ut & proximum haberet, eo quidem tempore quo Loticus egrotabat: qui sub eodem tantum valet; ut ab omnibus officiorum principibus sic haberetur quasi domini maritus esset. Quarebat deinde à Philosophis & gravissimis viris, an & ipsi in adolescentia perpepsi essent, quæ ipse pateretur, & impudentissimi: Erant amici improbi, & sines quidam & specie bibulophi, qui caput reticulo componerent, qui improba quadam pati se dicerent, qui maritos se habere iactarent. Inolevit moribus hæc huiusmodi scabies, dum cinædi potissimè Principes.

Hellogabali.

Cuius & ipse times triste supercilium, Nolito fronti credere: nupsit veri.

Lampride.

Succinit Martial. lib. 1. Epigram. 25. De Commodò, Imperij opprobrio publico, præfat. Lamprid. subdit: Puberibus exoletis, quos nuptus forma disceptatrice collegerat, in palatio per convivia & balneas bacchabatur. De Tiberio in huiusmodi libidinem scintillas cogitante, & de Vitellio qui Spintria vocatus, quoniam huiusmodi opprobrio additus Imperio; videtur Sueton. in eis cap. 43. & cap. 3. & Turneb. 5. Adversar. cap. 1. Aristophan. in Aves, Act. 4. v. 4. v. 408. & 17. v. 154. Venit ad nuptias viri. Circumvola beatum, beata cum fortuna. Pape, & pape! O beatissimas nuptias, hac civitate nobis! Olim omnis caro corruerat viam suam: eo protectò devenit audacia, ut etiam fequioris sexus frangeretur verecundia. Omnia immutavit luxus (infit Clem. Alex. in Pedagog. lib. 3. cap. 3.) homines patientur muliebria, & femina præter naturam viros agunt, & nubunt, uxoresque ducunt femina, &c. Tertullian. de Pallio, cap. 4. vocat Libidinum mandinas, ipsas quoque fricricies, propudij occise in publico castitatis. Consule hic Pamel. n. 50. & La-Zerd. Adversar. sar. cap. 91. n. 13. Male audiunt viri, quid tribades indecota? Execratur Senec. Epist. 95. Femina (inquit) cum virorum licentiam æquaverint; corporum quoque virilium vitta æquaverunt. Non minus pervigilant, non minus polant, & oleo & mox viros provocant: libidine verò nec maribus quidem cedunt pati nate. Dij illas Deaque male perdam: adeo perversum commenta genus impudicitia: viros inveniunt, Iræ enanciat Publ. Syr. Mimic. v. 16.

Martial.

Commodus.

Lamprid.

Tiberius & Vitellius.

Aristoph.

Clem. Alexand.

Tertull. Etiam femina ducebant feminas.

Senec.

Publ. Syr.

Malo in consilio femina vincant viros.

10 Qui habet sponsam sponsus est: idest vir & mulier, masculus & femina eiusdem speciei, non superioris nec inferioris. Inferioris, in connubio cum bestia, ex quo tot monstra, uti diximus Tom. 7. T. 1. n. 12. Relictis ergo fabulis de Semiramide & Pasiphae; pessundandæ etiam nuptiæ, quarum meminit Cornel. Scribon. in Epitom. Olai Magn. de Gentib. Septentr. lib. 14. cap. ult. & viri cuiusdam cum Sirena, uti refert Ulyss. Aldrovand. Tom. 4. de Monstr. Inter Mahometanos hierophantas vel his temporibus prævalet usus, ut describit Corovic. in Arabia Republica. Aversantur Mogolitz, sed dignum riso illorum delirium. Ita ergo in Topograph. regn. Mogol. §. 3. legitur: In oppido Dju Gentilis quidam nuptias tauri & vacce tanta opulentiâ celebrabit (arbitratus abs dubio Iovis & Inus) ut decem millia ducatorum in illas expenderet. Etiam ridiculus usus coniugij inter mortuos. Pinda in Monarch. Ecclesiast. lib. 2. 1. cap. 27. §. 4. ex Paul. Venet. ait, si contigisset, alitius filiam, & alterius filium fato fungi; exemplo patres in matrimonium iungebant, dote prompta, illos in papyro pingebant, quorum imaginès simulque doctem in iustis devotè proieciabant eum corporibus in ignem. O cæca mentes, & cælestium iocanes!

Expositio 5.

Sampsonis nuptiæ tauri & vacce Connubia inter mortuos.

Pinda.

Senec.

Plutarch.

11 Superioris speciei; quippe ut ait Senec. in Hercul. furent. v. 448. Mortale celo non potest iungi genus. Plutarch. in Romul. subscribit dicens: Stultum est terram celo velle miscere. Quare tanquam monstrum Ethnicissimi iudicanda sunt coniugia Dearum cum hominibus, & cum feminis Deorum. Exempla utriusque dementiæ exhibui loc. cit. Tom. 7. T. 1. à n. 10. Homo nascitur de muliere: excussa a cetebro Numinum maiestas, in vanitates & insanias fassa. Insignes femina & viri etiam arbitrati sint; vel nos novimus cogitationes hominum quoniam vana sunt. Plinius ridet Deorum matrimonia: Sapient. Matrimonia quidem inter Deos credi; tantoque ævo ex his neminem nasci, & alios esse grandævos, semperque canos, alios iuvenes atque pueros, atricolores; aligeros, claudos, ooo

Et inter Deos, ridiculam. Plin.

Tom. VIII. Taut.

Eccc

edi.

Kircher.

Delia Etruscorum cognata.

Feminarum.

Sucton. Caigula.

Claudian.

Rhian.

Ptolomei Philadelphi

Athen.

Cicilis.

Iuvenale

Arnob.

Pygmalionis.

Ovid.

Plin.

editor, & alternis diebus viventes, morientesque; puerilium propè deliramentorum est. Ita lib. 2. cap. 7. Propria homines deaurabant crimina, cum in eis viderent Numina, traditi in reprobum sensum, ut facerent sine robore, quæ à Divis credebant fieri. Kircher. in Panth. Hebr. cap. 11. Syntag. 4. ait Mulieres turpissimè subijcentes se Dijs, norari vicen-

An pastoralia Lunam

Rursus in antra vocas Durum magnamque videris. Debelle Deum, suspensus in oscula matris.

12 Ita Etruscorum infatuatam iudicium, maximè lasciviâ & potestate furentium. Si inter pares matrimonia; vel plaudebantur, vel se iudicabant Numina. Clareat infania. De Ptolomeo Philadelpho canit Rhianus:

At contra Superum quem dextra larga beavit Cuique dedit latè dominari; haud tam memor ille est, Se calcare solum; mortalesque esse parentes. Transversamque rapit vesana superbia mentem, Ut fremat aqua Iovi; quamvis & corpore parvus Attolit cervice caput: tandemque Minerva Fit proci, atque viam sibi iam miltur ad ades Etheceas, ut ibi fiat conviva Deorum.

Haud hyperbolica narratio est, quippe huiusmodi cogitatio alios etiam pupngit. Cotyæ Rex Thracia (refert Athenæus ex Theopompo, ac ex utroque Henric. Stephan. lib. 1. Sediafam. 16.) qui nulli cedebat in his qua ad læcum vitamque voluptariam pertinet, tandem se digna Minerva coniugio existimavit, tantamque de illa spem concepit, ut epulo iam structo, ac thalamo preparato, bene potus adventum Deæ expectaret; cumque iam more pertasus, quendam è satellitibus misisset, qui videret, an Minerva in thalamum venisset, & bis neminem ibi esse retulisset: sagittis cum confudit. Misit verò & secundum, quem idem renunciantem, eodem mortis genere affectit. At tertius animadvertens, quid cum ad illos occidendos impulsisset, reversus, illum à Dea tam dudum expectari retulit. In qua non impellit cogitata maiestas? Utrumque demeravit felicitas. Stultorum plena sunt omnia. Nempe hominum mentes potentum errore tenentur (Iuvenal. Satyr. 4. v. 70. quia

Nihil est, quod credere de se Non possit, cum laudatur Dijs aqua potestas?

13 Alij impossibilia arbitrati concepta cogitationibus, ducti sunt ad votum Numinum imaginibus. Pygmalion Rex Cypri (ait Arnob. 6. Contr. Gent.) simulacrum Veneris adamavit ut fem nam; solebatque sublevato in lectulum copularier amplexibus atque ore, resque alias faceve libidinis vacua imaginatione frustrabiles. Hinc fictum, ab Ovidio illam statnam conversam in feminam: ita 10. Metamorph. fab. 8. succinit:

Ornat quoque vestibus artus, Dat digitis gemmas, dat longa monilia collo. Aure leves bacca, redimicula pectore pendunt. Cumtâ decent, nec nuda minus formosa videtur. Collocat hanc stratis conchâ Sidonide tinctis, Appellatque thori sociam, acclimatque colla Mollibus in plumis, tamquam sensura, reponit. Accumbensque thoro dedit oscula: visa tepere est, &c.

De statua Veneris, apprimè & omnibus numeris à Praxitele absoluta, inquit Plinius, lib. 36. cap. 5. Ferunt, amore captum quendam, cum delituisse nocti, simulacro cohesisse, eiusque cupiditatis esse indicem.

Alij

14 Alij palam & civium plausu cum statuis Deartum celebrant nuptias. De Helios gabali nuptijs cum Urania, sive caelesti Venere, loquitur Xiphilinus. Quam frequens huiusmodi infania elucet apud Dionem in Augustin. & Marc. Senec. Suasori ubi: Cum Antonius vellet se liberum Patrem dici, & hoc nomen status sibi iniecerit, habitu quoque & comitatu Liberum iniecit: occursum venienti ei Athenienses cum contingebat & liberis, Dionysionque salutaverunt. Bene illis efferat, si nasus Aristus ibi fuisset. Diceerunt, despondere ipsos in matrimonium Minervæ suam, & rogaverunt ut duceret. At Antonius ait, ducturus; sed dotis nomine imperare se illis mille talenta. Tuas è Greculis quidam Græcè ait: O Domine, Iopiter matrem tuam Seneclem innotatam habuit: Hæc quidem impudè fuit; sed Atheniensium sponsalia mille talentis si mata sunt. Ex sacra pagina constat. 2. Mach. 1. à 13. de Antiocho Epiphane dicitur: Cum in Perside esset Dux ipse, cecidit in templo Nanea, consilio deceptus Sacerdotum Nanea: etenim cum illa habitaturus venit ad locum Antiochus & amici eius, & ut acciperet pecunias multas dotis nomine. Lyrantus arbitratur, non tum Dea ipsa, sed cum aliqua dicaturam Veneri Nanea, cohabitare voluisse, surreptis donarijs à templo sub dotis nomine. Dos enim Veneris vocatur quicquid eius templis oblatum. Ovid. 10. Metamorph. fab. 12. de Syria ipsa dicit.

Templis que accedere dotem Hanc iussere meis.

15 At Serarius hic questione. 8. & Pined. de Reb. Salom. lib. 7. cap. 8. à n. 7. pro nuptijs cum Nanea accipiunt habitationem; igitur si parentibus illo in sculo cum Deabus coniugij usus, vicem gerente Numinis eius in templo culta atque dotata imago; quid omitteret Epiphanes superbiâ percitus, & opum spe dotis nomine lactatus? Quapropter summè placet doctiss. Sanctij cogitatio, allerentis n. 21. Neque solum Dijs cum Deabus in Gentilium delira theologia, contraxere connubia; sed & homines qui idè apud Gentes magnum honorem, & divino proximum consecuti sunt: Sic fortasse talem consuetudinem habere voluit cum Nanea, idest, Venere, Rax ille sceleratus & impudens, & ex simulata nuptijs obtinere nomen divino simile, & in Heroum numerum eo titulo adscribi, quod illius connubium Dea non respuerit. Superbissimus fuit. Liquec ex illo Daniel. 11. 36. Elevabitur & magnificabitur adversus omnem Deum. Illi scriperunt Samaritanæ: Antiochu Deo illustri, ut astruit Iosephus, 12. Antiq. cap. 7. Eius vana delire cogitationes, tantquam Numinis, describuntur, 2. Machab. 9. à 8. Quid mirum, affectum Deitatem, Deam sibi querere uxorem; & opinione illa in tempore Decæ, iuxta Virgil. Eclog. 4. v. ult.

Nec Deus hunc mensâ, Dea nec à gnata cubilli est?

Et quia ex Nanea in coniugium dignatione, erat adiuncta maiestas; & cum summa dotis utilitates. Unde illius sano tanta pretiosa donaria; refert Ioseph. d. cap. 13. Plin. lib. 33. cap. 4. inquit: Aurea statua prima omnium, nulla inanitate, in templo Anaitidis posita dicitur; Numinis gentibus illis sacratissimo. Hoc fuisse templum Nanea, diximus in Ephe. mer. 17. August.

16 Qui habet sponsam, sponsus est. Idest, sponsus: vir debet esse; & sese vel cum sponsa gerere tamquam vir.

Uxori nubere nolo meæ, Inferior makrona suo sit Priscæ marito: Non aliter sunt femina virque pares;

Modulatur Martial. 8. Epigram. 12. Aliter pervertitur ordo, duciturque qui ducere debet. Hæc vir, ille mulier, fugite grammaticis, ut alibi illi. Cois in more fuit, ut sponsus, cum inest sponsalia, muliebri veste induantur: ait Plutarch. Problem. ult. Lexe Lycurgi (ut idem ait in eo, & Alex. Neapolitan. lib. 2. cap. 7.) Pronuba locabat sponsam in cubiculo suam raris crinibus in veste virili. An quia tantum illo in die poterat imperare maritum? Indultam sane, sed inhibitum à vero Numine: Non induatur mulier veste virili; nec vir ut: vir veste feminea; abominabilis enim apud Deum est.

Femineo generi iunguntur Propria, que maribus.

Ait Ovven. lib. 1. Epigram. 34. Inesse feminis aliquid sanctum (ait Tacit. de Morib. Germanor. cap. 8.) putant; nec aut consilia earum aspernantur, aut responsa negligunt. 4. Histor. cap. 61. subdit: Virgo latè imperabat, veteri apud Germanos, quo plebsque superstitione arbitrentur Deas. Lib. 5. cap. 25. Inter illos (illarum arrogantiam Tom. VIII. Taut. Ecce 2

Marc. Antonij.

Marc. Sen.

2. Mach. 2. 14.

Antiochi Epiphani.

Ovid.

Sauct.

Illius avari, & c. arren gentis Ioseph.

Virgil. Unde templo Nanea summa opus lenius Plin.

Exposit.

Martial. Ux. debet esse sub potestate viri in pacem matrimonij Plutarch. Femina maritus est: sed ita solent mut esse. Deuteon. 22. 5.

Ovven. Tacit. Harum insensientia demota in iolebratit.

ac turbulentiam exofos) dictum, premente exercitu hostili: Si dominorum electio fit, honestius principes Romanorum, quam Germanorum feminas tolerare. Prævaluit etiam abusus inter Ægyptios, apud quos mulieres cauponabantur, & instituta obibat muneris; viri intra domorum parietes exebant, & operabantur muliebriter. Taxat Sophocl. in Oedip. in Colon. à v. 350.

Text.

Sophocl.

Inter Ægyptios communitur muneris.

Diod. Sic.

Ravif.

Martial.

Virgil.

Ovid.

Herculis mulierifitas

Cur sacrum Herculi esse feminam

Plutarch.

Eccli. 47. 21.

Pined. Salomon effeminatus.

Rhodigin.

Hæchtan.

Illic enim certè mares per domos Sedent, telam operantes; & mulieres. Extra, vita nutrimenta provident semper.

Ab Iside propter prudentissimum regimen (quasi universe haberent, quod in ea commenti sunt Ægyptij præstans singulare iudicium) dimanavit origo projectionis servitutis virorum. Ob has igitur causas (ait Diodor. Sicul. lib. 1. n. 10.) positum est, ut plus potestatis & honoris penes Reginam, quam Regem: & in tabulis dotalijs inter privatos imperium femine in virum assignetur; ubi uxoribus per omnia sæd obtemperaturos, mariti profiterentur. Hocine opprobrium, sed quod inter Tibarenos, ridiculum. Si quando inibi pepererint mulieres, viri velut agritudine simulata in lectulis decumbunt ut puerperæ; bisque iscentibus præministrant uxores. Ravif. Textor. d. Cel. Rhodig. lib. 18. cap. 30. Herodot. lib. 3. n. 32. & nos Tom. 7. T. 6. n. 3.

17 Qui ita femine feminarum à Martiale 6. Epigram. 64. dicuntur Sponsæ. Sponsam possit te sponsa vocare: & Anacreon. Carm. 20. v. 8. Veste puella fiam. Frequentius vocantur Uxorij, uti uxoribus additi. Virgil. 4. Æneid. v. 266.

Fundamenta locas, pulchrumque uxoris urbem?

In quæ non propudia impulit huiusmodi ignominiosa propensio! Deianira objicit viro, apud Ovid. Epist. 9. à v. 55.

Vidit in Herculeo suspensa monilia collo,

Illi cui cælum sarcina parva fuit.

Mœnias inter calathos tenuisse puellas,

Diceris, & dominae pertinuisse minas.

Crassaque robusto deducens pollice fila

Aequaque formosa pensa rependis heræ.

Diceris, infelix! scutica tremefactus habenis,

Ante pedes domine pertinuisse minas.

Eadem studio Omphales iterat. 2. Pastor. à v. 317. & describit Senec. in Hippol. à v. 3142 & alia quæ videfis, Tom. 4. T. 13. à n. 4. Haud huiusmodi causa inter Cods colebatur veste feminea. Veste velatus muliebri, capiti adiecta mitra Antijes in Antimachia perperat Sacrum (ait Plutarch. d.) Hercules enim cum è Troia solvisset tempestate ad Coon compulsus eiectus est. Congressus in pugnam cum pastore Antagora, à multitudine penè oppressus, refugit ad mulierem Thressam, atque amictu muliebri hostes sefellit. Ut verò mox superavit irruentes, lustratus uxorem duxit Alciopi filiam, vestem pictam insuens. Hinc rem divotiam facit sacerdos veste muliebri, quo loco commissa pugna fuit. Vid. in Ephemer. 11. August.

18 Uxorij sanè fuere Ninus & Sardanapalus, impiusque Acab peditus uxoris imperio; quapropter venundatus sub peccato: plusque Salomon, de quo Eccli. 47. à 21. Inclinaisti femora tua mulieribus, potestatem habuisti in corpore tuo, dedisti maculam in gloria tua. Potestas pro velo capitis sumitur in sacris ut diximus num. 6. Unde Pineda d. n. 4. insit: Quasi Salomon obnupsisset caput, & ipse nupsisset feminis, non verò femine illi; dicitur, Habuisse potestatem, instar femina in corpore suo. Huiusmodi enim mulierarj homines dicebantur non tam ducere uxores, quam illis nubere. Non fuit vir inter feminas, sed feminarum mancipium, in earum propudiosè mancipatus obsequium. Fiant attoniti, debacchantes lymphaticè sine mente. Neque Circeem ab ea potionati quicquam inveniunt (insit Rhodigin. d. lib. 28. cap. 21.) eum suum asinorumque formam accepissent: Ulfstem verò mente præditum, prudenterque cum ipsa versanter incredibili amore dilexit. Quem non subigavit feminarum embolium; Dic mihi Musa virum. Verbis utor Homeri, 1. Odyss. v. 1. & in rem accinit Laurent Hæchtan. in Microscop. Emblem. 53.

Nota veneficij: Circe est, quæ voce canorâ

Decepit multos callida sape viros.

Huius ad arva fuit ventis impulsus Ulfstes:

Ad se non potuit vertere dulcis melos.

Protinus ad socij perierunt littora Circeæ,

Deque manu capiunt pocula sava Dea. Ecce lapsi subito sunt, usque consueque Prudentes qui prius, nunc rat. one carent.

19 Alia in nostra Tautologia subodoror. Qui haec sponsum, sponsum est. Vidimus num. 6. ex Tertulliano, constatque ex innumeris Scripturæ testimonijs, polygamiam floruisse inter Hebræos. De Salomone dicitur Cant. 6. 7. Sexaginta sunt Reginae, & octoginta concubinae, & adolescentularum non est numerus. Mille signantur uxores, 3. Reg. 11. 3. Inter has, quæ est Regina erant uxores secundariæ, erat principalis, corona decorata, uti dicitur de Valthi, Esdræ, cap. 1. 11. & 19. & de ipsa Bith. re, cap. 2. 17. Assumavit eam Rex plusquam omnes mulieres, & posuit diademâ regni in capite eius, fecitque eam regnare in loco Vasthi. Unde in loc. cit. Cantic. additur post numerum feminarum: Una est columba mea, perfecta mea, una (pro unica & singulari) matri suæ, ecclesia genitrici suæ: viderunt eam filii, & beatissimam prædicaverunt, Regina & concubina & laudaverunt eam. Ut electa enim in regnum præ omnibus præloquio epithalamij, illi Sponsæ principali dicitur: Veni de Libano Sponsa, veni coronaberis: cap. 4. 8. inuicitur Marti. 25. 1. quò pedissequæ euerunt obitiam sponso & sponsa. Una enim numeratur, est plures haberentur. Quo quidem intelliges illud de fratribus seu cognatis Ochozæ (alio nomine Ioachaz) dicentibus Iehu: Despondimus ad salutandos filios Regis & filios Reginae. Designatur polygamia, constatque Ioram; cuius filius Ochozias, 2. Paralip. 21. 17. Filij Reginae dicuntur, qui ex Rege nati ac inter reliquas principali uxore. Quapropter Hebr. Paci filiorum Prævaliæ. Maluend. Superioris Domina. Filij ergo Regis & non Reginae dicuntur habiti ex & in alijs uxoribus, ut moris erat inter Hebræos. Sic ergo Sponsus hic sumitur haud pro illo, qui uxorem utcumque aut quamlibet ducit; sed præter cum principali femina coniugium contrahit, cui dos opulenta, genus nobilissimum, connubiisque clarissimum splendore cunctorum commendabilium ad illud matrimonium. Xiphilin. & etiam Aelius Spartian. in Septim. Sever. & filio Caracalla, referunt: Cum nuptiæ Antonini filij Severi & Plautilla, filij Plautiani factæ sunt; Plautianus filia sua tot ac tanta dedit, quanta quinquaginta Reginae satis essent.

20 De Sponsis & sponfalibus ita loquitur Aul. Gell. lib. 4. cap. 4. Qui uxorem ducturus erat, ab eo ante ducendam erat, stipulabatur eam in matrimonium ductum iri. Qui satorus erat, itidem spondebat. Is contractus stipulationum sponsionumque dicebatur Sponsalia. Tunc quæ promissa erat, Sponsa appellabatur: qui spondens erat, Sponsus. Idem. Rostin. Antiq. Roman. lib. 5. 37. Alex. ab Alex. lib. 2. cap. 5. Schild. in Claudium Sueton. c. 12. Qui gestus Critici, grande discrimen rimantur inter Spondere & Despondere: ita ut hoc patri puellæ, illud proco congruat. Alber. Gentil. 2. de Nuptijs, cap. 2. & Donat. in Adelph. Terent. Act. 4. scen. 7. v. 10. Ridiculum sanè, contraria dicit ipse Donat. in Anas. Act. 1. scen. 1. v. 75. Utroque modo in eodem articulo, utitur Plaut. in Aulular. Act. 2. scen. 2. v. 77. Promissæ verba accipiuntur, & idem signat in petente; acceptante vel stipulante, promissio habendi, ac in patre puellæ promissio dandi. Iul. Pollux, Onomastie, lib. 3. cap. 3. n. 4. Nec quia femina promissa aut sponsa censebatur illic desponsa; igitur intercedebat aliquod tempus usque ad pacta, nimirum de conditione nuptiarum & iure dotium, sicut inter pactum & coniugium. Augustin. 8. Confess. cap. 3. Instituta est (inquit) ut iam pactæ sponsa non tradantur statim; nec vilem habeat maritus datam, quam non suspicaverit sponsum dilatatam. Propter supervenientia, quæ usuveniunt fastidiosa; de Augustino refert Sueton. in eo cap. 34. Cum etiam immaturitate sponsum & matrimoniorum crebra mutatione, vim legis eludat sentiret; tempus sponsas habendi, coarctavit: divortijs moam imposuit. Adhuc Schild. ubi supr. ex Cujacio, Dilatione despectus periculum imminet, ut contigit sub id tempus Claudio; de quo idem in eius vit. ait: Amilliam Lepidam, virginem ab eis repudiavit. Martial. 1. Epigram. 26.

Teque piget cura premia ferre tua.

21 Hac de causa quæ iam sponsa, dicitur autonomastice Sperata. Tamest Rosin. Dempheterusque d. & Isaac. Grang. in Satyr. 6. Iuvenal. v. 25. Speratas feminas dicant post pacta; videtur post conventum, alloquium & sponsalia Arnob. ubi dudum, lib. 4. subdit: Uxores Dei habent, atque in conjugalia fœdera conventionibus, ac conditionibus veniunt ante positas. Habent speratas, habent pactas. Proprie puellæ dicebantur Sperata, quæ post sponsum destinata erant ad nuptias futuras. Hinc Plaut. in Amphitru. Act. 2. scen. 2. v. 44. Salutat letus speratam suam. in Pœnu. 5. 4. v. 97. Sperata, salve. Taubman. loc. priori, alruit, sponfam sponsum suam spem vocare, sponsum sponfam speratam.

Expesita 7

Polygamia inter Hebræos. Unum præanico.

4. Reg. 10. 11.

Cur olim nobiliter filij Reginae, quam Regis?

Xiphilino. Dos opulentissima.

Aul. Gell.

Quid sponsalia? Unde sponsus & sponsa?

Augustin.

Sueton.

Nec præcipites nuptiae nec mors.

Martial.

Quæ femina sperata dicitur Arnob. Plaut.

Nec

Necdum erant in consortio. Berchorius Reductor. lib. 3. cap. 9. in fit: Sponsus sponsam primò ad sui amorem muneribus & verbis allicit, punctis & litteris votiva suum exprimit, multa largitur & multa repromittit; & ut illi placeat, iadis & spectaculis, bellarij mulcet, bellis se exponit, raris & mutatorijs se adornat, & multipliciter componit, blandè eam alloquitur, & vultum eius facie ad faciem circumspicit, & attendit: denique in eam consentiens, annuloque subarrhans, in coniugem ducit, in signum coniugij iam contracti, dona spectabilia tribuit, & dotalia sub chirographi testimonio, festa & convivia celebrat, dona & munera adventitibus donat, choreis canticis & instrumentis musicis praesentes letificat, quibus completis sponsus domi collocat, & sociam mensa faciens, ipsam dominam familiaritè constituit. Hoc in statu accedebant amici, & in pacta consilium virginis deprecabantur. Claudian. d. v. 33.

Berchor. Demonstratio amoris sponsi.

Claudian. quæ in nuptijs vocal

Cantic. 6. 12.

Tir. Liv. Pacta nuptiarum firmata tabellis.

Catull.

Quæ sponsa postat

Genes. 19. 14.

Hieronym

Catull.

Formula di. vortij post sponsalia.

Iuvenal.

Oratum missi proceres, qui proxima nobis iura tenent.

In facris, Psalm. 44. 13. In muneribus vultum tuum deprecabuntur omnes divites plebis. Hæc dicebantur vota, iuxta Augustin. 11. de Genes. ad litter. cap. 41. Unde nobis nuptiæ, Bodas. Tunc enim primò revelatà facie exibat coram sponsa, fiebant pacta, atque quousque desponsabatur obnupta manebat; quo intelligitur illud. Sponsi sacri amiconum: Revertere, revertere Sulamitis: revertere, revertere, ut intuemur te. Vid. n. 31. 22 Aliud inter Romanos in connubium fœdus, aliud promissio seu sponsio. Non ut credunt (ait Liv. lib. 9. sect. 11. & 23.) pax fœdere, sed per sponsonem facta est: indignitas rerum sponsonem levat, & vinculum. Vinculum sanè erat per simplicem sponsonem, ut observat d. Rosinus; sed quia multoties levi de causa vinculum frangebatur, per fœdus Iove arcèius promissio adstringitur. Quare Catull. Carmin. 63. v. 16.

Quare nunc animos saltem committite vestros: Dicere tam incipient, iam respondere decebit: Qui desponsa tua firmes connubia flamma, Quod pepigere viri, pepigerunt ante parentes, Nec iuxtere prius, quam se tuus extulit ardor. Quid datur à Divis felici optatus hora.

Iuvenal. Satyr. 10. v. 336. Veniet cum signatoribus Auspex: ut per publicas tabellas, non fiant irrita, quæ per sponsonem fœdere firmantur coram paranympho pacta. Idem Sueton. in Claudio, cap. 29. Tabellas dotis. Plaur. Gargul. Act. 1. scen. 1. v. 31. Testibus presentibus. Iuvenal. 6. v. 25. Conventum, pactum & sponsalia nostra: & v. 200. Legitimus pactam, inunctamque tabellis. Vid. Rosin. & Dempst. quò sup. Sicinæ Sponsæ dicebantur pactæ, per sponsalia scilicet de futuro. Quo intelligitur quomodò filia Loth post egressum è Sodomis, nicanter virgines, cum pridem dixerit earum pater ad generos: Surgite & egredimini de loco isto. Respondet Hieronym. in Tradit. Hebr. cap. 19. Necdum, virgines filia matrimonio erant copulatæ. Dubium dumtaxat est in Hebræo, legitur: Ad generos, qui acceptant: minime in Vulgat. ubi: Ad generos suos, qui accepturi erant filias eius. Huiusmodi ritus invenit etiam, ne feminæ proprio arbitrio nubent. Quare Catull. d. à vers. 60.

At tu ne pugna cum tali coniuge virgo. Ipse pater cum matre, quibus parere necesse est. Virginitas non tota tua est: ex parte parentum est. Tertia pars patri data, pars data tertia matri. Tertia sola tua est: noli pugnare duobus, Qui genero sua iura simul cum dote dederunt.

23 Etiam pacto fiebant eiusmodi sponsalia, ne ulla occasione, prolubio, aut circumventionem deauraretur divorcium; quod apud Romanos licitum superveniente eaprivitate, vel servitute. Rhodigin. 17. cap. 29. Haud priora ullam habebant fidem; si prius essent vindicæ quod libertatem. Quid hoc, diximus hic. Tautolog. 2. n. 14. & Rufinus, 4. n. 36. In divorcio post matrimonium, formula erat: Res tua tibi sint. In illò verò post sponsalia: Tua non utar conditione. Paulus ff. de Divortijs leg. 1. & Rhodig. d. Iuvenal. quo dudum.

Si tibi legitimis pactam, vinculamque tabellis, Non est amaturus; ancenda nulla videtur causa.

Verùm si femina velit; quia obnoxius sponsalibus, compellet in pactum. Iure antiquò con-

connubium tenens sponsa, debebat dare sponso quantum illi signatum fuerat pro dote. Si post eas stipulationes iuxta non datur, aut non aucebatur, qui stipulabatur ex sponsu agebat, iudices cognoscebant. Si nihil iusta causa v. debatur, item pecuniâ estimabat i quantum interfuisset; uxorem accipi aut dari cum qui sponderat, aut qui stipulatus erat, condemnabat. Ita Aul. Gell. d. cap. 4. Siquis sponsus aut sponsa (dicitur C. de Episcop. & Cleric. leg. ult.) post datas & acceptas arras, voluisset se deputare Dei servitio; compellebatur, ut quidem, quæ arrharum nomine dederat amittere: sponsa verò in duplum quod accepisset, reddere. Uti antiquum à Iulianiano correctum, titul. de Episcopali audentia. Si in hocine repudio nulla iò viro micuit causa, prater multatam dedecorabatur. Unde Valer. Maxim. lib. 2. cap. 9. n. 2. dicitur: Cersores L. Antonium senatu moverunt; quod quàm virginem in matrimonium duxerat, repudiasset, nullo amicorum consilio adhibito. Vid. Quintilian. Declamat. 1.

Aul. Gell.

Quæ mul. ita dam. sine causat

Valer. Maxim.

Arrha qua. re. datæ spon. se.

Iuvenal.

Horat.

Capitol.

Annulus pro s. bis sufficit.

Annulus pronubus ferreus & sine geminis Tertul.

Tres annuli pronubi Desiparæ.

Species & matris.

Petra sanct.

Feliciter, quid in acclamat. mationibus

Claudian.

Statius. A pronubo invocatur concordia, quæ sponsi felicitas summa.

24 Tunc post pacta, sponsæ dabantur Arrhæ. Brisson. de Ritu nuptiar. quod non arbitror, nisi in nuptijs, dum sponsa emebatur, de quo n. 60. Datæ ergo in prætium virginitatis, vel quia Sponsa accepta in usum.

Quod prima pro nocte datur cum lance beata Docius, & scripto radias Germanicus auro. Iuvenal. ubi sup. v. 203. & Horat. 2. Epist. 2. v. 158. succinit: Si proprium est, quod quis libra mercatur & ere; Quodam (Si cretus consultis) mancipat usus.

Esti frequentius aurei solidi sponis donarentur, ut dicitur Epigram. Græcor. lib. 6. n. 44. alia etiam monilia prætiosa offerebantur pro arrhis. Desponsata erat Fadilla, apud eamque manserunt arrhe regis, monilinum (id est, filum margaritarum, ac illorum lapillarum. Hispanicè Sarta de perlas) de albis novem: reticulum de prasinis, undecim: dextræ chiron cum castula, de hyacinthis quatuor, præter vestes auratas & omnes regias. Capitolin. in Maxim. Balenger. 3. de Imperat. Roman. cap. 17. ait: Annuli à sponsis puellis dari pro arrhis. Pallades, lib. 1. Epigram. 12. Manum vinciam auro ligato ornamento. Annulus infinuabatur digito medio in signum amoris, quæ de causa dicitur, Annularis, & annulus Pronubus propter sponsalia. Alex. Neapolit. d. & lib. 4. cap. 26. Inter Præficos Romanos annulus erat ferreus, & sine gemma, ut diximus ex Plin. hic Tautolog. 4. n. 32. Põr corruptela irrepit præ divitijs furacis imperij. Circa fœminas quidem (ait Tertull. Apologet. cap. 6.) etiam illa maiorum instituta ceciderunt, quæ modestia, quæ sobrietati patrocinantur: cum autem nulla norat, aurum præter unico digito, quem sponsus oppignorassee pronubo annulo. In quæ non devenerunt luxus & fastus? Annulus cui fundum ad gemmam non est, dicitur simplex circulus: Græcè Apiros, ut ait Aristotel. 3. Physic. Vid. plura apud Silvestr. à Petrasanct. lib. 3. de Symb. Heroic. cap. 5. & 6. Duos annulos pronubus Virginis-Matris quæis Iosephus suum illi in sponsalibus expressit amorem; refert Theophil. Raynaud. in Dyptic. Marian. punct. 4. §. 1. unum servatum in Semimurensi Burgundia Prioratu; & alium in Monasterio Aquiseinctino apud Belgas; de quo Mathias Navens. Orat. 11. de S. Ioseph. Nullus speciem objicit, neque tertij nominatissimi inter Perusinos: at, quò dudum, Petrasanctæ, cap. 4. præter ea quæ de illo diximus, Tom. 4. T. 8. D. 1. n. 1. asserit, pro insigni habere effigiatos binos flores semiclosed, aut binos oculos, atque luce capitis speciem coronati diademate: verum ceteriore iudicio circulum esse levissimum absque ulla calatura; totumque esse hand ex metallo, sed ex Onychina gemma, vel ex smarardo: gemma (iure dicit) illis solis nuptijs apta, in quibus nullus intercessit matrimonij usus: igitur comes semper castitatis.

25 Post rara pacta & annuli traditionem, clamabant presentes Feliciter, uti diximus, n. 7. Fautis acclamationibus planè familiaris vox; ut videtis apud Sueton. in Claud. cap. 7. & in Domitian. 13. & Florum lib. 3. c. 3. Tunc pronubus in medio Sponsorum invocabat Concordiam. Claudian. d. à v. 200. & Statius, 1. Sylv. 1. v. 233.

Solvantur habentis

Gaudia nec leges pubeat rideere severas. Tu festas Hymenæe faces, tu Gratia flores Elige: tu geminas Concordia necle coronas. Felices utrosque vocant. Da uno verenda Vincula & insigni geminat Concordia tædâ.

Propositum ritus promit Apollonides in Græc. Epigram. 80. Non aurum (ait) non regnum, non divitiarum usus, & luxus voluptates tam eximias præbat, quàm boni mariti &

Apollonid

Uxoris pia voluntas una & legitime affecta. Hac enim cunctorum vota, ac felicitas optata. Adi Brisson. d. lib. 8. Turneb. 15. Adversar. cap. 17. & Muret. 11. Variar. c. 8. demum Paranympus quasi ex Oraculo dicebat sponsa:

Hoc tibi coniugium promittit Delius ipse
Felix hoc: alium desine velle virum.

Itaque Cræg

Est nuptiam in nuptiis signabatur dies.

Terent.

Et fiebant sacra Euclicia, cum solo thymiamate. Tunc clementia data fuerat.

1. di- cuius inter Thestalar. Sponsa pallia Veneri offerebat puppas, Fortunae Virginali praefixa tam, & Euclicia cenat. Sejjeca.

Tunc signabantur dies ad nuptias, quali iam cum dote pacta rescindi nequirent: quippe his ritibus coniugium iudicabatur ut factum. Terentius in Adelp. Act. 4. scen. 7. v. 14. Isthocine pacto oportet: quid faciam amplius?

Iam virginem despondi: res composita est: sicut nuptiae.

Illicò à sponsa fiebat sacrificium Dianæ Euclicæ, idest, illultri ac famose. Huius Numinis, templi & aræ meminere Pausan. cap. 294. & Gyrard. Syntagm. 12. n. 35. In eius ara sponsa ante nuptias sacrificat, comite sponso. Plutarch. in Aristid. & in hoc sacrificio nulla victima, sed tantum adolebantur thymiamata. Salazar in Cantic. Epithalam. 1. Etiam tunc sponsæ offerebantur dona nuptialia à sponso. Apuleius, 6. Metam. Ab aliquibus vocantur Glenodia, quia extra dotem ad famam & ostentationem. Apud Theophrastum (inquit Aelianus, 12. Histor. Animal. cap. 34.) is qui uxorem daturus est, pro nuptijs sacrificans, equum bellatorem inducit frenatum, & omnibus armis instructum: deinde sacrificacione facta, equum uxori habentis ducendum tradit.

26 Sponsa illo in statu offerebat puppas Veneri, prætextam Fortunæ Virginali. Ita Nonius, & Festus Pompeius: & dum Euclicæ factum sacrificium, in altari zonos pectorales suspendebat. Bulenger. d. Inter Romanos describit ritus Seneca in Octavia, à 689.

Tradidit vinculum tibi
Genitris amoris, maximum numen Venus.
O qualis in aula Vidit attonitus tuam
Formam Senatus, thura cum Superis dares
Sacrasque grato spargeres aras mero,
Velata summum flammæ tenui caput:
Et ipse lateri iunctus atque herens tuo
Sublimis inter civium lata omnia
Incessit, habitu atque ore lætitiæ gerens
Princeps superbo.

Hæc erat solemnitas sponsalium, quam stolidus Claudius flocci duxit, uti observat in eo Sueton. cap. 12. Sponsalia filia (inquit) natalemque geniti nepotis silentio, ac tantem domesticâ religione transiit. Ababant & obsequiosè Amici Sponsi, sed potissimè Aufpex. Pronubus, Parrochus, Ductor, Græc. Nymphenta, in Scriptura Archibriclinus: coram illo dos signabatur. Sine dote non nuptia. Unde Plaut. in Aulular. Act. 2. scen. 2. v. 14. Virginem grandævam, atque illocabilem, dote cassam. Iuxta Varron. de Ling. Latin. lib. 4. & Iurisperitos, Dos est pecunia nuptiarum gratiâ data. Sanè: sed à quo? À patre vel ab sponso? Longè abest à questione, si dos à femina, ut illud Veneris de Didone, apud Virgil. 4. Aeneid. v. 103.

Sueton. Quis Aufpex nuptiarum?

Coram illo cor sponsæ signabatur.

Virgil.

Auspicijs liceat Phrygio servare marito,
Dotalesque tuæ Tyrios permittere dextra.
Sarracene specie matrimonij futura coniuges, dotis nomine hastam & tabernaculum offerunt maritis. Bulenger. de Imperat. Rom. 3. cap. 17. & Annum. Marcellin. lib. 14. Propter dotis lucrum prohibebantur in Cypro feminae, vel ut aliquid haberent, quo allicerent viri; uti ex Herodoto diximus, Tom. 6. T. 10. n. 14. In nuptijs sæpe plura munera dant, quam recipiant: ait Herodot. lib. 1. qui de Lydis feminis n. 28. subdit: Omnes meretricantur, atque hoc quasi sper dotem colligunt, dum nupsrint: se autem ipsasmet losant. Post inter Lydos femina artæ obnoxia calcitati. Moris erat (ait Aelian. Var. Hist. 4. cap. 1.) antequam nubere, corpus prostituere: cum autem semel laxata fuissent; deinde omni tempore continentessent. Quæ vero postea cum alio rem habuisset; ea sine venia & misericordia pledebatur. In hæcine alluditur, ubi de Babylonijs feminis in templo Bel, dicit Baruch. 6. à 42. Mulieres circumdate funibus in visis sedent, succedentes ossa olivarum (cum arulis quarum prunæ, vel repocillium ex olivarum oisibus: Vernaculè, Herrage.) Cum autem aliqua ex ipsis, attracta ab aliquo transcunte, dormierit cum eo; proxima suæ exprobrat, quod ea non sit digna habita sicut ipsa, neque funis etus disruptus sit. Hæc namque maritos dotabant, ut divitijs amorum conciliarent. locatur Martial. 11. Epigram. 24.

Herodot.

Aelian.

Baruch. 6. 42. Proximæ ubi maritus detabatur?

Nabere Sila mihi, nulla non lege parata est:
Sed Silam nulla ducere leges volo.

Cum tamen instaret, decet mihi dotis in auro
Sponsa dabis, dixi. Quid minus esse potest?

27 Moris præci fuit, post sponsalia emi Sponsas, uti videbimus in nuptijs, num. 60: sed in pluribus nationibus ære futuri mariti à potestate patria redimuntur. De Arabibus, in Republic. cap. 14. refert Ioann. Cotovic. In contrahendis nuptijs non nostratum more sponsæ, à parentibus dotatae sponsis offeruntur: sed sponsi dotem sponsa constitunt, & propemodum à parentibus emunt: quæ quidem consuetudo apud omnes Orientis Christianos etiam viget. De Germanis Tacit. cap. 18. Dotem non uxor marito, sed uxori maritus offeri. Interfunt parentes & propinqui, ac munera probant. Munera non ad delicias muliebres quaerit, nec quibus nota nuptia comatur; sed boves & frenatum equum, & sanctum cum framae gladioque. In hæc munera uxor accipitur, atque invicem ipsa armorum aliquid viro offert. Hoc maximum vinculum, hæc arcana sacra, hos coniugales Deos arbitrantur. Aelian. 4. de Var. Histor. cap. 1. Assyrij Virgines suas coniugio maturas in unam civitatibus conducunt, atque usum proponunt: & quam quisque emerit, eam sponsam abducit. Idem refert Volaterran. lib. 3. cap. 34. de Arabibus & Sarmatis, filias inter pocula vendentibus, & à maritis futuris æs accipientibus pro arrabone. Ita multa varias inter gentes. Sophocel. in Antigone. v. 701. ait:

Mulieres infelices: ut ad pubertatem bilares pervenimus,
Pellimur foras, atque divendimur procul à Dijs patrijs,
Alia peregrinis viris, alia barbaris.

Si infelices hocce in statu feminae, parentes sanè felices; igitur sumptui parcitur, dos ad locationem retinetur, expellunt è domo pestem, & divites sunt nimis propter expulsionem: domum enim evacuatione non gravant, & quasi duplicatam de negotio luertam reportant.

28 Aliquando emebatur sponsa periculo capitis, ut sicut à Poetis de Iafone, Hippomene, Pelope, ac Perseo: igitur vel propter regiam cognationem, vel propter femine pulchritudinem, vel in præmium facinoris, vel in auctorem dignitatis, scilicet exponebant discrimini, & animus conciliebatur sponsæ. Unde de Perseo pugnante in marinam belluam pro Andromedæ libertate, dicit Manil. 5. Astron. v. 623. & Ovid. 4. Metamorph. fib. 18.

Solvitque hærentem vinculis de rupe puellam,
Desponsam pugna, nuptiarum dote mariti.
Ut mea sis, servata meâ virtute, paciscor.
Accipiunt legem (Quis enim dubitaret) & orant,
Promittuntque super, regnum dotale parentis.
Incedit virgo pretiumque & causa laboris.

Haud aliter sortitus David uxorem Michol, 1. Reg. 18. 2. 5. iureque petijt futreptam, quam periculo capitis licitatus fuerat. Redde uxorem meam Michol, quam despondi mihi centum præputijs Philistinorum. 2. Reg. 3. 14. Sub hac metaphora Christus sibi despondit Ecclesiam, quam acquisivit sanguine suo. Act. 20. 28. Servitus enim Iacob astruit emi uxores à maritis. Genes. 29. à 15. Clariusque Osee. 3. quo iubetur à Domino quaerere uxorem, de qua dicit, v. 2. & fodi eam (idest, acquisivi, aut emi) mihi quindecim argentets & coro bordæ, & dimidio oro bordæ.

29 Mihi cordi nonnumquam sedit à parentibus dari marito dotem; quippe hæc signata & propter nuptiarum sumptus, & propter matrimonij onus, cum semper maritus providere debeat & de alimentis & de veste coniugis. Dos enim est donum pullanum nubentium: ait Acron ad illud Horat. lib. 3. Od. 14. v. 2. Dos est magna, &c. libid. Lambin. & Levin. Torrent. præfuge U pian. lib. 3. ff. de Iure dorum. Ita ergo tradebatur Sponso inter alia munera in repositijs, ut videbimus, num. 76. Terent. in Andr. Act. 1. scen. 1. v. 72.

Hac famâ impulsus Chremes
Uterò ad me venit, unicam natam suam
Cum dote summâ, filio uxorem ut daret.
Placuit, despondi: hic nuptijs dicitur est dies.

Constat plurimis testimonijs sup. sparis, ac ex sacra pagina, 3. Reg. 9. 16. Pharao Rex Aegypti ascendit, & cepit Gator, & dedit eam in dotem filie suæ, uxori Salomonis. Tom. VIII. Ians. Eff Shera

Martial.

Cerov. Dos à mariti. Tacit.

Aelian.

Sophocel.

Periculo capitis aliquid do parte sponsæ.

Manil.

Ovid.

Vita. Laboribus.

Podere præ emere.

Dos à nubentibus. Acron.

Terenti.

Equi V

Sherlog. in *Cantic. Anteloq.* 3. sect. 1. subsec. 7. n. 29. vineam, quæ quotannis, deductis expensis, mille argenteos pendebat Salomoni, sponsæ dotem fuisse, contendit. Non placet; quippe voluntarium, sicut scenæ, & alia ad libitum cogitata, & pro sacramentis sacro arcano epithalamini o exposita atque digesta. Cogitationes animi, non Canticorum, celebratam nuptiarum suo arbitrio pingunt, vel fingunt, ac reliquæ cogitationes diem festum agunt. *Tobitæ*, 8. 24. *De omnibus, quæ possidebat Raguel, dimidiam partem dedit Tobie; & fecit scripturam, ut pars dimidia quæ supererat post obitum eorum Tobie donatio deventret.* Totum à parentibus concessum in filie dotem. Demùm Exod. 22. 17. dicitur: *Si seduxerit quis virginem necdum desponsatam, dormieritque cum ea; dabitur eam & habebit eam uxorem. Si pater virginis dare noluerit, reddat pecuniam iuxta modum dotis, quam virgines accipere consueverunt.* Quo patet, à parentibus sponsæ filie dari dotem, fuisse in solitam; qua privatur qui virginem desloravit, & insuper multâ & qualitate dotis premitur. Hæc lex consentiente puellâ: verùm si vim passâ: quæ dotabitur, prætereaque patri puellæ dabit: *quinquaginta sicles argenti*; ut indicitur Deuter. 22. 29.

30. Quapropter cum semper à parentibus dos virginis, dum signatur de prompta à marito contra consuetudinem iurissim viro signat crimen, quo cum coniugis sponsæ gravamine, privatur emolumentis sponsæ. In supro Dinæ expressus legis articulus: e quidem cum consuetudo esset, aliquid pretij dare foemina nubentibus in subsidium eromanarum matrimonij à parentibus (quod elacet ex præfatis, & *Judit.* 1. 15.) dixit violator *Sibem* ad patrem & fratres (Dinæ) eius: *Inveniam gratiam coram vobis, & quacumque statueritis dabo. Auges dotem, & munera postulate, & libenter tribuam quod petieritis.* Audaciam faterur, & dotem cum puella minimè petit, imò dare etiam auctarium promittit. Vel nomine dotis, dum data dicitur à maritis, intelligenda sunt dona ad nuptias prævis quæ Antenuptialia: Pollux, d. A Græcis dicuntur *Dona Atremata*, quæ mituntur virginibus nubentibus: ait Bolenger, ubi sup. ex Helychio. Rhodigin. d. 28. cap. 18. *Fuit quandoque (inquit) & mos is servatus; ut dacturi uxores nuptialia munera & dotem ultro faceris darent.* Confunduntur dona dotalia & dotes. Inter Romanos inhibuit. *Dona & munuscula virum ab uxore, & contra accipere, legibus erat & scripto iure vetitum: mensas existimantes, quot legitimus amor coniunxisset, donis videri potius allici, quam conjugali amore conciliari.* Alex. ab Alex. 2. cap. 5. ex Plutarch. in *Præcept. connub.* cap. 36. & *Problems.* 7. ubi plura speciosa. Aliam causam assignat Chrysolomus, taxans intuitum. *Quis uxorem ducturns (instit Homil. 74. in Math.) quomodo puella educata sit, investigat? Nullus omnino, sed pecunia statim, & possessionum magnitudo ac supellestiliam queritur.*

31. Vox *Sponsa* varias habet acceptiones. *Sponsa* pro foemina nubili, apud Plautum, in *Gisellar.* Act. 2. scen. 1. à v. 14. *Neque licitum est, meam visere. Alia est sponsa:* idest foemina. Deuter. 22. 28. *Virginem quæ non habet sponsum.* Græc. *Nympha*, quæ non habet sponsum. Interdum *Virgo* dicitur à priore statu: ibid. v. 19. de uxorata dicitur: *Super virginem Israel.* Exod. 22. 16. de deslorata etiam dicitur: *Si pater virginis.* Olex. 4. 13. & 14. *Sponsa vestra adulteræ:* idest, uxores. Ioe. 2. 16. *Egredietur sponsa de thalamo suo.* Aliquid diximus hic, *Tautolog.* 1. n. 23. Idem apud Profanos: Homer. 18. *Iliad.* v. 501. *Sponsa est thalamis.* Terent. in *Adelph.* Act. 4. scen. 7. v. 13. & 16. *Hinc transferretur virgo:* ubi Donat. *Virginem, quæ etiam cum viro fuit, vocat:* ut illud Virgil. *Ecolg.* 6. de *Ursipha.* v. 47. *Ab virgo infelix.* Videtis prælibata, Tom. 2. T. 6. n. 24. *Sponsa* quoque usurpator pro virgine. Unde Pollux loc. cit. subdit: *Duxit uxorem sponfam* (hoc est, virginem) *ipsa virgo in nuptijs sponsa dicitur.* Pro quo sciendum, quousque foemina in uxorem perveniat, diversos esse illius status, insignique diversis nominibus. Primò puellâ, post virgo, quippe iam nubilis: deinde sponsa, & desponsa: posthæc conventa: exinde sperata: postmodum desponsata: posthinc, nova nupta; inde coniu: denique uxor. Puella, nimirum necdum apta connubio, virgo acerba. *Puella satis bella, & quæ non plus quam septem annos habere videbatur.* Petron. in *Satyric.* pag. 14. & Horat. 2. *Carm.* Od. 5. v. 1. *Nondum ferre iugum valet.* Cantic. 8. 8. *Soror nostra parva, & ubera non habet.* Virgo quonia iaur in statu pubertatis, & licet innupta interdum dicitur *Sponsa.* Virgil. 1. *Æneid.* v. 75.

Sunt mihi bis septem præstanti corpore Nympha. Coniugio iungam stabili.

Sponsa Græcè *Nympha* dicitur. Quare dum *Nympha*, seu sponsæ dicuntur; idem est ac virgines nobiles, ut idem *lib.* 7. v. 53. asserit de Lavinia.

*Distinguitur do-
tis virginis
conjugis
assuetudinis
vel relictan-
tis.*

*Genes. 34.
12.
Criminatio
ritus dote
fructuatur.
Bulenger.
Rhodigin.*

*Dona nomi-
ne dotis.
Alex. Neap
Cur inhi-
ta inter Ro-
manos?
Chryso-
stom.*

*Virgo pro
puella nubili.
Sponsa
pro foemina
Virgo
Sponsa à
priore statu.*

Donat.

*Diversi sta-
tus foemine
quousque
uxor.
Puella,
Virgo.*

Virgil.

Iam matura viro, iam plenis nubilis annis.

Adi La-Zerd. hic n. 9. *Expresse* *Iliad.* 1. 5. *Iuvenis cum virgine, sponsus super sponsam* quot licet sponfam vocari virginem nubilem. *Sponsa & desponsa;* idest, promissa & pacta, ut vidimus, num. 20. sicut *Sperata*, num. 21. quo usque conventa, vel desponsata fuerit. Conventi dicitur dum coram illo de nuptijs fit sermo, & primus sermo, iuxta Fest. Pompei. Donat. in *Eunuch.* Terent. Act. 2. scen. 1. v. 9. *Convenire, non vidisse tantum, sed & allocutum esse, significat.* Idem Isaac. Grang. ad illud *Satyr.* 6. Iuven. v. 23. *Conventum, pactum & sponsalia.* *Hisp.* *Vistas.* Propert. *lib.* 4. *Eleg.* 4. v. 81.

*Hoc Tarpeia suam tempus rata, convenit hostem,
Pacta ligat, pallis ipsa futura comes.*

Tunc primùm egressa cum flamine conventa ostendebat faciem amoto velo: qua de causa illi mitebantur manuscula. *Munera a sponsa data dicebantur Sponsalia, quod sponsa prodit & restegitur.* Pollux. d. Hoc in sensu *Cantic.* loc. præfat. subditur: *Quid facietus sorori nostræ in die, qua alloquenda est?* Desponsata, dum ducta; coniu, dum à viro ducta; uxor, dum coniuncta. In Scriptura dicitur *Socia.* Genes. 3. 12. Homer. 14. *Iliad.* v. 263. *Dabo tibi ducere Gratiarum unam in uxorem, & tuam vocari coniugem.* Vid. n. 5. Toto ante nuptias & celebratitatis tempore dicitur *Sponsa Nova nupta.* Claudian. *Epithal.* Seren. v. 25. *Quæ nova dotetur virgò.* Martial. 11. *Epigr.* 79. *Iam nova nupta tuos.* Statius, 1. *Silvar.* 2. v. 15. *Novâ gestis minor ire maritâ.* Juvenal. *Satyr.* 2. v. 121. *Grevis ta- cuit nova nupta marito.* Ioseph. 7. de Bell. cap. 12. *Vox in maritos novos, novâsq; nuptas.* Pollux quo duntium aliter: subdit enim: *Post matrimonium autem contractum, hic quidem virgini sponsus, illa verò huic sponsa.* Status ex his aliquot signat Sophocles in *Antigon.* v. 912.

*Nunc ducit me per manus sic rapiens innuptam,
Non desponsam, neque nuptiarum partem sortitam.*

Innuptam, idest, virginem nubilem: *Non desponsam*, neque pactam: *Neque sortitam partem nuptiarum*, quoad nuptias neque conventam.

32. Hæc necessario prælibata, ut expedite emergamus è pelago ex occurfu argumenti, discutillis. *Christi generatio sic erat:* ait Matth. *Cum esset desponsata mater Iesu Maria Ioseph, antequam convenirent inventa est in utero habens de Spiritu Sancto.* *Sponsa* iam coniugata erat *Virgo Iosepho;* cum illam vidit prægnantem; sed antequam in usum matrimonij conveniret, cum eius esset coniu, quippe vir eius; visu percussus expavit, & licet percitus, traducere noluit: idest, infamare. Mihi aliquando placuit, Traducere signasse exanimare per aquam *Satham*, vel aquam amarissimam, de qua lex, & Petrus Cuneus, 1. de Hebr. *Republ.* cap. 12. (cuius moris apud Profanos lex inter Achæos erga Tellurem Nomen (quam *Euryftheron*, seu *Lati Deana* pectoris, dicunt) *Sacerdotium mulieri dederunt* (ait *Pausanias*, cap. 233.) quo statim suscepto, vitam illa agit calibem omne atatis reliquum tempus, quoniam & ante oportet, eam cum uno tantum viro matrimonij cautâ fuisse. *Taurini sanguinis haustu periculum faciunt; quo illa epoto, si legi fraudem fecerit, statim flagitium dicitur morte luere.* Ita ut ductus illis verbis legis Numer. 5. 21. *Tumens uterius tuus disrumpatur;* cogitarem, sed perperam, Iosephum noluisse (cum usuf vel non usuf legis esset in mariti voluntate, v. 14.) per illam aquam traducere sponfam; sed tantum dimittere decrevit, quippe quiescere non poterat, ex se cognoscens coniugem non esse gravidam. *Palinodiam canto:* non enim lex loquitur de certitudine adulterij, cuius pena lapidatio: sed de suspitione. *Cum maritus deprehendere non quiverit, sed latet adulterium.* V. 13. *Haud tunc suspicio in Iosepho, dum ab illo est inventa coniu habens in utero.* Percussio, dolor, perplexitas, ac demum propensio in absentiam coniugis (sed sanibus anxietatis suspensum telum deliberationis, specie ad extra supparis articuli, quamvis longè à malefata venerabundi myterij) floride & apprime describuntur à Terentio in *Heeyr.* Act. 3. scen. 3.

*Neque mearum rerum initium ullum invenire idoneum.
Unde exordia narrare, quæ nec opinari accidunt:
Partim qua perpexi oculis, partem qua accipi auribus,
Quæ me propter exanimatum citius educa foras.
Modò me intrò ut corripui, sensi esse uxorem. Hei mihi!
Postquam introij, morbum cognovi miser,
Nam neque, ut celari posset, tempus spatium ullum dabat;
Postquam aspexi, O facinus indignum! corripui illud*

Tom. VIII. I. ant.

Eiffa

Mea

Idem.

*Sponsa, Des-
ponsa, Spera-
ta
Conventâ,
Desponsata*

Propert.

*Pollux.
Dona Sponsa
Cantic.
Coniu,
uxor.
Homer.*

*Nova nupta
Ioseph.*

Poll.

Sophocle

Matth. 1. 18

Verf. 19.

*Quæ aqua
Satha.*

*Pausani
Cantic. 233
Lati celtoris
quomodo pro-
babatur in
foemina san-
cerdatis*

Terentio

Terentio

Terentio

Terent. Specimen lo septi peripia xiatu in graviditate Virginis.

Me inde lacrumans, incredibili re atque atroci percitus. Parturire eam, neque gravidam esse ex te, solus conficius. Ea me abstinuisse in principio, cum data est, certum. Indigne factam iniuriam contemneris? Quid agam infelix? Prorsus nescio quo pacto hoc calem. Vixit, dum vixit, bene. Tamen ut pietatem colam, quod potero faciam. Pollicitus sum, & servare in eo certum est, quod dixi, fidem: Nam de reducenda, id verò nunquam honestum esse arbitror: Nec faciam, etsi me amor graviter, consuetudoque eius tenet. Lacrumo, quæ post hæc futura vita, cum in mentem venit. Sed iam prior amor me ad hanc rem exercitatum reddidit.

Ad unguem profectò tractus, quo Ioseph huicidone pressus. Ad rem in loc. præf. Donatus. In hac scena (inquit) conquestio est ad deliberationem descendens, an habeat, an excludat uxorem: in qua tota oratio ad argumentum spectans, amatoria magis, quam maritalis est: nam aliter non perveniretur ad ultimam cognitionem omnium rerum, ad conceptum uxoris & partum; nisi aliquando lenius, quam conjugalis dolor expetit, toleravisset.

Donat.

Mat. 1. 18

Hieronym

Maldon.

Luc. 1. 56

Nomen Uxoris generale femina nuptia, five sit virgo, five non.

Tiraquell.

Uxor quælibet propriæ, ex quo viro desponsata.

Chrysolog.

Multa vocæ accipiuntur de futuro statui.

Augustin.

Chrysolog Maldon.

Quo sensu Maria uxor dicitur Iosephi.

Ambros.

33 Hæc scena profana prorsus: de sacra, Hieronymus est audiendus. Cum esset desponsata mater Iesu Maria Ioseph; inventa est in utero, &c. Non ab alio (subdit) inventa est nisi à Ioseph, qui penè licentiâ maritali future uxoris, omnia noverat. Hortens vocem uxoris de Virgine-matre, ac in præfenti articulo, Maldonatus (quasi Doctor Maximus non subderet continuò: Diximus sponsas uxores appellari, in sic de Hieronymo ac Origene, qui eadem voce usus: Nisi tantorum AA. me reverentia retineret; minus reverentier dictum dicerem: satis habeo, illis non assentiri. Quid illis & veritati, quod assentiatur non ad assentiatur ille? Parcius ista Pater mi. Quare non succenser, dum legit, Luc. 2. 5. Ioseph, ut proficeretur cum Maria, desponsata sibi uxore prægnans? Idem dicunt præfati AA. Trunca reverentia, si dicant in Biblijs aliquid inventa? Unde ergo bilis commota? Uxor nomen generale est, quod comprehendit alicuius feminae status, maxime ad articulo ad matrimonium sponsæ ac desponsæ, usque in finem atque consummationem nuptiarum; quo tempore connotat virginem nubilem, nuptiam, coniugatam non corruptam, vel corruptam. Non ergo de hac ultima acceptione, quasi de usu matrimonij intelligendum Uxoris nomen, dum aliam eiusdem sexus potest denotare classem. Uxor dicitur, quæ viro tradita est. Si solida esset cogitatio Maldonati; quælibet virgo matrimonio tradita, virgo non erit, vel uxor non erit viri vel post ratum matrimonium, ni pervenerit ad usum; quod quidem ludicrum. Appellatione Uxoris venit sponsa: ait Tiraquell. de Legib. Com. 2. n. 1. quod ex iure ac Iurifconsultis altruit plurimis testimonijs.

34 Quapropter illo in statu non accipitur Uxor nisi pro statu futuro. Innumere sunt Biblicæ auctoritates. Si duxerit vir uxorem. Quid, & quorsùm cogitatio ex Maldonati sensu? Vir non ducit uxorem, sed virginem in uxorem. Dicitur uxor, quæ sponsa futura est uxor. Homer. 11. Odys. v. 176. Consilium desponsatæ uxoris: uxores non desponsantur: nequibat esse uxor, antequam desponsaretur; nec postquam desponsata, Uxoris præfata acceptione supposita. Quid sibi vult sponsa mater? Si mater, non sponsa: si sponsa, non adhuc mater. Virginitate sponsa, fecunditate mater. Mater viri nescia, partus conficia: ait Chrysolog. ferm. 146. Pater sponsam vocari Coniugem, Matth. 1. 20. Qui simul habitant, coniuges vocantur in individua vita ac conditione: vir maritus & femina uxor; quin per hoc intelligatur, nisi nomen, quod vir & femina habere solent ex connubio, sicut Ioseph dicitur Vir Mariæ. v. 16. Huiusmodi statum efformat consensus, & vocatur coniugium, non permisso corporis sexu, sed conciliato mentis affectus; iuxta Augustin. 2. de Consens. Evangel. cap. 1. Copulatione coniugij. Unde Chrysolog. ferm. 175. Ioseph ille maritus solo nomine, conscientia sponsus. Maldonatus num. 19. subscribit: Iosephi vir eius dicitur; non quia corpore, sed quia vero illi coniunctus erat matrimonio. Assentimur veritati, simulque profitemur, Virginem eius uxorem dici haud quia non virgo, sed quia illi mancipata coniugio.

35 Perpicuo Chrysolom. in Matth. Homil. 74. Donum Dei vituperant (ait) cum quasi vendentes & ementes, uxores viri ducant, & viris nubant mulieres. Si stricto in sensu quæ generalis vox est; uxores non nubunt, sed mulieres nubunt dumtaxat in uxores: uxores & mariti supponunt nuptias. Videfis La-Zerd. in Sac. Advers. cap. 144. n. 41. Non te moveat, quod frequenter Scriptura coniugem dicit: non enim virginitatis creptio, sed coniugij testificatio & nuptiarum celebratio declarat. Virgo Iosephi uxor, eo sensu quo lo-

Iosephus maritus Virginis. Verè coniuges; sed non quoad usum matrimonij, etsi matrimonium sit institutum ad usum; ni aliquid agnosceret sacramentum vel interveriret votum, ut sepe fit, & factum celebramus, quippe etiam inter perfectos summa virtutis honos. De Pagano refert Allian. 3. de Var. histor. cap. 30. Amæbas (inquit) maxima continentia præditus fuisse dicitur: cum venustissimam uxorem haberet, non cum ea coevisse. Item Dionysius tragicus. Quid non cogitandum decoris, imò nitoris in Iosephi atque Virginis coniugio; ubi mirificum, si verum, quod refertur in Ethnico matrimonio? Maritus addibetur (subdit Ambros. d.) qui possit & dolere iniuriam, & vindicare opprobrium, si non agnosceret sacramentum: Maritus testis pudoris. Uxor Virgo, coniugium confirmante partu, licet non ex Iosepho. Partus (addit Ambrosius) coniugij est præmium, atque gratia nuptiarum. Claudian. 1. in Eutrop. v. 72. Femina retinet connubia partu. Singulare hoc virginis matrimonium, sicut illa mater & virgo: equidem Iosepho contigit è celo gratia huiusmodi charismatis, quoniam qui filius Dei, partus Virginis coniugis. Prole dispar, fide compar (inquit Augustin. 1. de Nuptijs & concupis. cap. 11.) itaque nuptiarum bonum impletum est omne in parentibus Christi: proles, fides, sacramentum. Polem cognoscimus ipsum Dominum Iesum; Fidem, quia nullum adulterium; Sacramentum, quia nullum divortium. Quapropter in hocine matrimonio uxor idem est ac coniux, & coniux sponsa veritate matrimonij, & salvâ sponse virginitate, Apocal. 21. 9. Veni, & ostendam tibi sponsam uxorem Agni. Videbimus Didasc. 2. à n. 7. Elucet Virginem vocari uxorem. Auctoritate matris decus non amittitur uxoris; imò maternitate, arcitius vincula ligat. Femina decus virginitatis matris reverentiâ pensat: decuque virginis signatur decus uxoris; quoniam sine pudoris damno, etiam sponsa virgo dicitur uxor.

36 Ne paveat ad vocem uxoris, in matrimonio virginis Maldonatus. Haud aliter tunc congruebat nominare; ne revelaretur sacramentum Regis, & simul diabolus allucinaretur vinculo desponsationis: Qui cum desponsatam viro cerneret, partum non potuit habere suspectum. Subdit Ambros. d. Idem Hieronymi. quo supra. Bernard. Homil. 2. Super Missus est, & Rupert. lib. 1. in Matth. qui in nostrum propositum ait: Sponsus celestibus nuptijs secretum fecit, ianuas cubiculi clausas custodivit; ita ut non foris omnino pateret transeuntibus lux claritatis, quæ intus erat. Usus frequens in sacra pagina, res signare iuxta hominum communem estimationem, haud secundum veram rerum existentem veritatem. Regulam firmavi plurimis fulcris, Tom. 6. T. 2. n. 44. & D. 5. n. 20. Tom. 7. T. 8. n. 40. Mater Iesu Virgo, à filio dicitur Mulier: Ioann. 2. 4. & 19. 26. Loquitur iuxta matris exterioritatem, & adstantium meram cogitationem. Ipsa Virgo Angelo dixit, infantem prænunciante: Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco? Luc. 1. 34. Ioseph illam dimittere decrevit, ut prægnantem vidit. Matth. 1. 19. Ipse Iesus filius dicitur Ioseph. Luc. 4. 22. Ioann. 1. 45. 6. 42. Astruit regulam Lucas, cap. 3. 23. Ipse Iesus, ut putabatur filius Ioseph. August. cap. 1. lib. 2. de Consens. Evangel. inquit: Ut putabatur filius Ioseph, propter illos, qui eam ex Ioseph, sicut alij homines nascuntur, natum arbitrantur. Aliter enim erat, quam putabatur; & quomodo homines aliter putare poterant, quam putabant? Tam Virgini, quam Sponso revelatio fuit necessaria de celo. Putabatur; quippe Christi generatio non sic. Aliter, quia filius Mariæ de Spiritu-Sancto, non de viro. Ioseph autem verè vir, sicut uxor Virgo; quippe vivebant sponsi coniugati, uti ceteri: etsi ut ceteri non viverent. Intelligitur modò lex Deuteronomij. Si puellam virginem desponderit vir, & invenerit eam aliquis in civitate & concubuerit cum ea; educes utrumque ad portam civitatis illius & lapidibus obruentur: puella, quia non clamavit in civitate: vir, quia humiliavit uxorem proximi sui. Eñ quæ desponsata tantùm, uxor dicitur eius, cui despondetur. Quid quod Maria uxor Iosephi dicta, si illi ex lege desponsata? Sat, ni fallor, in Maldonati scrupulum.

37 Sed dices contra Hieronymum. Rectè sane cuncta quadrant; cæterùm si quia desponsata, actu erat uxor; quomodo desponsata, uxor futura signatur? Licentiâ maritali futura uxoris: dicit Hieronymus. Quid futuram in & ex marito Iosepho, cui semper virgo? Hieronymus per Tò Desponsatam, non intellexit desponsatam, sed desponsatam, five Virginem pactam, uti plures alijs PP. quæ de causa Iosepho ab Angelo dicitur Noli timere accipere Mariam coniugem tuam: idest, in coniugem. Iuven. 1. Histor. Evangel. v. 166.

Accipe coniugium nullo cum crimine passi. Igitur iuxta mentem Doctoris Maximi, Virgo Iosephi sponsa inventa est plena Deo an-

Uxor dicitur utriusque matrimonij salvâ virginitate comprehenditur. Alian. Exemplum vel inter Eub. n. 10. Ambros.

Claudian.

Augustin.

Singulare quid in matrimonio Virginis & Ioseph.

Ambros.

Cur Virgo desponsata?

Rupert.

Frequent. p. 1. in Scriptura profertur uxor in connubio nomen usum, haud iuxta de. ultum v. raris Iosephum. Augustin.

Deuter. 22. 23.

Cur Virgo dicitur ab eo desponsata, & uxor futura?

Iuven.